





QVÆSTIO PROBLEMATICA:  
*An homo adultus ceteroquin sanus citra cibum  
& potum per quadraginta dies & quadraginta noctes solius  
naturæ viribus vitam trahere possit?*

37.

15

1721, 3.

OCCASIONE

# JEJUNII QVADRA- GESIMALIS, *Generosi Viri de BERNHARDT,*

QVAM

## SUB PRÆSIDIO

DECANI FACULTATIS MEDICÆ SPECTABILIS,  
VIRI EXCELLENTISSIMI AC EXPERIENTISSIMI  
**DN. GEORGII DETHAR-**  
**DINGI,**  
MED. DOCT. & PROF. PUBL. DUCAL. PRIM. & ORDIN.  
FACULTATIS MEDICÆ, COLLEGII DUCALIS AC TOTIUS  
ACADEMIÆ SENIORIS MERITISSIMI, ACADEMIÆ NA-  
TURÆ CURIOSORUM COLLEGÆ

CELEBERRIMI,

*Patroni & Preceptoris sui filiali amore ad urnas devenerandi,*  
IN ALMA ROSTOCHIENSI,  
Publico Eruditorum Examini subjicit

AUTOR - RESPONDENS,

## AUGUSTINUS PUCHNER,

Wollino - Pomeranus, Medicinæ Studiosus.

*Ad Diem 23. Iuli Anno MDCCXXI.*

IN ORDINE CIRCULARI

hor. loc. solit.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVI, Ampliss. Senat. Typogr.

**DEO,  
PATRIÆ,  
PARENTI,  
PRÆCEPTORIBUS,  
FAUTORIBUS  
<sup>AC</sup>  
AMICIS.**

**SPE-**



# SPECIES FACTI, five HISTORIA JEJUNII QVA- DRAGESIMALIS

*Viri Generosi de BERNHARDT.*



On præsentis nostri scopi esse , arbitramur , colligere historias à cibo per menses & annos abstinentium ; vel epicrisin formare , quid fabula quidve veri illæ contineant ? quando primum laborem in se suscepérunt Historiarum Medicarum Scriptores passim ; alterum vero à nobis nemo probus exspectare possit , qui persicissimi sumus , quæ de experientia Hippocrates expertus retulit esse fallacem , quoad perquam multas tales historias , salvo tamen referentium honore , esse pronuntiandum , quando insuper necessaria ad fidem faciendam & judicium formandum circumstantia in relationibus istiusmodi sunt neglectæ . Subsistimus & acquiescimus in examine præsentis jejunii Bernhardini , cuius relationem concepit Experientiss . D . Job . Georg . Herrmann , Medicus Aulae Plönenfis , & communicatam publici juris fecerunt , ex amore in rem medicam celeberrimi Collectores Vratislavienses in Event . Physico - Med . Artic . XI . Clas . IV . Anno 1719 . mens . Septembr . p . 366 . verbis quidem solum germanis , sed quæ idiomate latino jam reddere placuit . Est vero relatio sequens :

A

Nach

Nachdem den 23sten Julii st. n dieses lauffenden 1719. Zahres / GUSTAVUS von BERNHARDT, Adelichen Geschlechts/ aus Mecklenburg gebürtig/ allie in diese Fürstliche Residenz- Stadt Plön gekommen/ und sich in einem Gast-Höfe oder Wirths-Hause dieser Stadt / zum Zeichen des guldnen Hirsches einlogret / hat er sich erlich/ wie ein ordinairer Gast auffgeführt/ Brodt und Butter gessen / und einen Krug Bier dabei getrunken/ nachgehends aber ein eigenes Logiment oder Zimmer begehret/ welches ihm denn auch von dem Wirthen/ und zwar die Ect. Kammer Westlicher Seite nach der Strasse zu/ angewiesen worden. Des folgenden Tages / als am 24. Julii , hat er sich gegen die Wirthin vernehmen lassen: Er müsse diese Kammer eine Zeitlang behalten / weil er einen Göttlichen Befehl durch Offenbahrung hätte/ auff dieser Kammer 40. Tage und 40. Nächte zu fasten/ und nichts/ als täglich ein wenig Wasser mit Syrup vermischt / zu sich zu nehmen. Wie nun nach Verlauff 14. Tage dem Wirthen/ Erdmann Schröder / hiebey Wunder dauchte/ hat er solches Beginnen E. E. Daht dieser Stadt angemeldet / mit Bitte/ ihm

A B eo quod GUSTAVUS à BERNHARDT, generosa prosapia oriundus, origine Megapolitanus in oppidum Plöna dictum, quod est ordinaria sedes Principis, venit, venit vero in die 23. Julii st. n. anno 1719. & hospitium intravit, cui ab insigne Cervi deaurati nomen der guldene Hirsch/ aliorum hospitium instar fessit , panem butyro illiendum desiderans, ac cœrvisæ mensuram hauriens. Abhinc separatum voluit conclave, & obtinuit illud quod occidentem versus plateam respicit. Altero die, die 24. Julii , hospitæ significavit: Sibi fore reiñendum per tempus aliquod conclave quod teneret, sibi à Deo revelatum esse, in conclavi illo ut jejunaret quadraginta dies totidemve noctes , nec præter tantillum aquæ Syru po dilutæ quicquā assumeret. Elapsis XIV. diebus hospes ejus, nomine Erdmann schröder, abstinentiam illam mirans, propositū tale nun- ciavit Magistratui urbico, regando,

ihme hierinuen bestens zu ratpen / dieweil dieser Vornehme Mensch stets alleine seyn/nichts geniessen/und keine Gesellschaft leiden wolle / auch deswegen den Schlüssel von der Hammer abgezogen / stets bey sich drinnen bewahrte / das also Niemand ohne wenn ihm das Bette gemacht würde / zu ihm kommen könnte. Diesenach ist gleich Anstalt gemacht / und einige Glieder des Rahts an ihn gesandt worden / den Menschen seines Verfahrens wegen zu befragen / sein Vornehmnen zu hindern und ihn auf andere Gedanken zu bringen. Alles Vorstellung aber ungeacht / hat er seinen Sinn und Resolution nicht andern wollen / unter diesem Vorwandt: Es sey ihm in Hamburg nahe bey dem Alster-Thor / (alwo er logiret gewesen) der Geist des Herrn erschienen/der ihm befohlen / sich aufzumachen / und des Herrn Werck auszurichten. Sey also darauff auch in der größten Hize in einem Tag von Hamburg bis Lübeck / (so 8. Meilwegen seyn) auf sonderbahren Trieb Gottes / gegangen/ dasselbst er aber gleich gemercket / das dieser der bestimmte Ort nicht wäre / hat

rogando, ut in medium consulant quæ sibi facienda? imprimis quod nec cibos generosus hic advena, nec consortium admittere vellet; hinc quo solus esset clavem concavam secum absconderet, ut nemini aditus pateat, nisi sub tempore illo, quo lectus sterneretur. Constituit ergo Magistratus quosdam ex numero Senatus ad Bernhardum ablegare, qui interrogarent de causa abstinentiae tam insolata, &c, improbando hoc consilium jejunandi, in viam reducerent. Sed furdo narrare fabulam; noluit recedere à proposito coepio, regerendo: Spiritum Domini sibi Hamburgi commoranti apparuisse, prope portam, quam vocant, Alster-Thor / qui jusserrit itineri se accingari & expeditat voluntatem Domini. Relinquendo ergo Hamburgum se unius diei spatio sub maximo solis astu Lübecam contulisse, (quæ illo distet 8. milliaribus) speciali divino impulsu adactum: ast cum mox certior factus sit, non esse hanc urbem, verum

A :

illum

sich also von Lübeck mit Gelegenheit nach Eutin (einer Bischofsl. Fürstl. Residenz / 4. Meilen von Lübeck und 2. von Plön liegend) begeben/in Meynung er würde daselbst fernerer Befehl oder Erleuchtung bekommen. Dieses aber sey ihm auch fehl geschlagen / bis er vorgemeldten 23. Julii Nachmittags alhie angelanget / da er denn gleich an denen in dieser Gegend liegenden Hügeln/ Bergen und Gewässern die gehabte Erscheinung bemerket / Es müsse dieses der Ohrt seyn: Und darauf sey ihm auch in der Nacht zwischen den 23. u. 24. Julii in der Camer Ecke oder Winkel/und zwar neben seinem Bett über/der Glanz des Herrn (wie seine eigene Worte gelautet) mit sonderbarer Herrlichkeit/u. die allerschönst glänzende Heiligkeit / so fast unbeschreiblich/erschienen/davon er (wie erwähnet) den gottl. Befehl/die Fasten-Zeit alhier zu halten bekommen. Wie nun dieser Mensch fast täglich /nachdem vorgedachte Depuratio des E. E. Rahts bey ihm gewesen / so wohl von Geist- als Welti. Personen besucht/und von seinem Vorhaben abzu-

illum à DEO destinatum locum, Lübeca abiisse Eutinum (quæ sedes est Episcopi Lübecensis quatuor milliari bus Lübeca & duobus Plöna distans) sperans, hic vel novo mandato divino vel illuminatione quādam informari; sed spe sua lapsum se buc contulisse in die jammemorata vigesima tertia Iulii, & accessisse horis pomeridianis, mox ex situ collum montium & aquarum intelligens, Hunc esse locum, quem paulo ante reata illuminatio intenderit. Imo nocte insequente apparuisse sibi in angulo Camere prope lectum Claritatem Domini magno imo summo & incomparabilis splendore stipatam quæ jussiterit, jejunium ut hic toleret. Factum abhinc est, ut quotidie concurrerent, omnis generis civiles ac incolæ, qui utut seduli, quo à proposito jejunandi retraherent, laterem tam tam lavarunt, nec ullo modo

abzufehen angemahnet wordē/ und  
sich doch/wie andere Menschen mit  
Speis und Trank zu erhalten; ist  
dennoch alle Vermahnung bei ihm  
fruchtlos/ und er auf keineren Wei-  
se zum Essen zu persuadiren gewesen/  
sondern sich öfters also antwortend  
herausgelassen: Wenn man ihm  
auch 100000. Ducaten geben  
wolte / er solte nur davor ein  
bissigen Brodt oder Krume in  
Mund nehmen / und hin-  
terschlucken / so könnte und  
wolte er es nicht thun/ und  
so man ihn mit Gewalt da-  
zu zwingen wolte / so wäre er  
bereit/durch viel 1000. Marter  
der grausamsten/die inner zu er-  
dencken stunden / sich zu tode zu  
martern lassen; und so es noch  
über das möglich/dass er wieder  
könne lebendig werden/so wolte  
er sich nochmahl's in siedenden  
Oel kochen lassen/dein er bliebe  
dabei: Es wäre des grossen  
Gottes Befehl an ihm/er mü-  
ste wie Moses/Elias und Chri-  
stus 40. Tage und 40. Nächte  
fasten/un so ferne er dieses nicht  
vollführte/thäte er (seiner Mey-  
nung nach) die allergröste Sün-  
de. Wenn aber die Fasten-  
heit vollendet wäre / wolte er  
wunderliche Dinge offenbah-  
ren und würde er alsdenn in der

modo induci potuit, ut  
tantillum comederet, re-  
gessit potius: *Quodsi vel*  
*centum mille Ducati offer-*  
*rentur, ut modo micam*  
*panis ori intruderet, ac*  
*deglutiret, se nec velle nec*  
*posse consentire; aut si ad*  
*hoc cogereatur, se malle*  
*subire martyria intensissi-*  
*ma, quæ mens humana ex-*  
*cogitare valeret, sicque*  
*perire; imo si fieri posset,*  
*ut denuo in vitam rediret,*  
*se malle denuo oleo servido*  
*intrudi, quam impingere*  
*in hoc præceptum DEI o-*  
*mnipotentis; sibi esse jeju-*  
*nandum, ut jejunaverint*  
*Moses, Elias, & Christus*  
*per quadraginta dies &*  
*quadraginta noctes, nec*  
*se posse recedere citra com-*  
*missionem gravissimi pecca-*  
*ti. Quando autem hoc je-*  
*junium fuerit finitum, tunc*  
*se velle miranda revelare*

A 3      virtute

Krafft Eliâ denen Königen / virtute Eliæ quod foret induitus; Regibus, Principi-  
Fürsten und Grossen des Lan- bus & Magnatibus futura-  
des prophezehen/ und hiezu lägen seine prophetische Schrifft- predicturum, ad quod scri-  
ten schon alle in seiner chatoule parat und fertig; Allein er pta prophetica jamdu  
müsste diese mehrgedachten Fa- in arcuâ essent reposita;  
sten- Zeit erstlich aushalten/ sed ante jejunandum sibies-  
ehe und bevor er das Manifest se, quam valeret Jehovæ  
des grossen Jehovah mit Krafft mandatum ad homines ma-  
den Menschen andeuten könne: ximum cum successu propo-  
Über dieses würde er auch an- nere, sibi itidem ab hinc fo-  
noch mit grossen Wundertha- re dona miracula patranti.  
then alsdenn begabet seyn/ di. Quandoquidem que ab  
denn alles was er von dem Altissimo desideraverit, illa  
Höchsten erbitten werde / das omnia fore salva. Per tem-  
würde ihm gewähret werden. pus illud jejunii cum es-  
Er hat auch währender Zeit (da sent, qui vellent allicere ad  
man ihm gern Appetit zum Essen edendum multoties regel-  
machen wollen) allemahl geant- sit: Nulla se cruciari fame,  
wortet: Er hätte keinen Hunger / virtutem divinam, que il-  
die Krafft Gottes stärke und lum inhabitet, se confortare;  
wohne Lebhaft in arctius & intimius  
ihm; ja es könne kein Gold- cum Deitate sibi convenire  
Schmidt einen Ducaten so quam possit statera exa-  
genau abwägen / als wie er ctissima examinari. Retu-  
mit der Gottheit verbunden. lit pariter fata sua futura:  
Währender Zeit seines Fastens/ sibi non moriendum esse in  
hat er zu verschiedenen mahlten von loco jejanii; citius equum  
seinem curriculo vita also erwehnet/ Meer  
Dass er nemlich hier nicht  
sterben würde; Denn so un-  
möglich ein Pferd übers  
Meer

Meer fliegen könne / so ohn-  
möglich könne er hier in  
Plön sterben / und wären  
keines Menschen Hände ihn  
capable zu tödten; denn er mü-  
ste noch erstlich grössere Dinge  
in der Welt ausrichten. Die-  
ses würde nun zwar ohn Leis-  
ten nicht abgehen / denn man  
würde ihn (wenn er von hie-  
weggezogen) erstlich ins Zucht-  
Haus zu Hamburg bringen/  
nach dessen Befreyung würde  
man ihn in Rostock mit dem  
Schwert richten wollen /  
welches jedoch an ihm keine  
Kraft haben könne / sondern  
alle seine Feinde und Wieder-  
sacher würden durch Götliche  
Schickung erschrecken und er-  
staunen. Dieses hat er denen  
ihn zu besuchen kommenden Leuten  
mit rechtem Ernst und sonderlichem  
Nachdruck eingebildet / das es auch  
nicht viel gefehlet / von theils Leu-  
ten / so wohl gelehrt als ungelehr-  
ten / Beyfall zu bekommen / indem  
er von ihnen bei nahe vor einen  
Heiligen angesehen und admirirt  
worden. Dieses Ubel nun hätte  
leichtlich weiter einreissen / und bö-  
se Sitten nach sich ziehen können;  
weil nicht diesem Unheil vorzukom-  
men aufs Thro Hochst. Orl. unsers  
Gnädigsten Landes. Fürsten und  
Herren

mare volatu transiturum,  
quam ut hic loci pereat;  
nec in potestate hominum  
esse repositum , ut illum oc-  
cidant. Magna facinora  
ad hoc à se esse patranda ;  
Nosse se tribulationes sum-  
mas , quæ sibi immineant.  
Modo abierit , Ergastulum  
Hamburgense fore domici-  
lium cui intrudatur , si hoc  
evaserit ; periculum decol-  
lari Rostochii imminere ,  
quamvis cum stupore omni-  
um adversariorum , DEO  
sic jubente , salvus sit evasit-  
rus. Quæ omnia cum seria  
mente & magna fiducia  
his , qui spectatum vene-  
rant , narrare sverat , pa-  
rum absuit , quin & doctos  
& indoctos in sui amorem  
& venerationem , ac esset  
Sanctus , perliceret. Qvo  
tamen , quæ solent insequi  
sermones illos & conven-  
tus populosos , incommo-  
da arcerentur , è re visum  
fuit Serenissimo Principi  
JOA-

Hrn. Herzogs Joachim Friederichs hohē Befehl / aus Lands- Väterlicher Vorsorge / eine Wache bey ihm gesellet / und dadurch der freye Zutritt des gemeinen Volks in etwas gehindert und zurück gehalten worden. Er hat inzwischen in der Zeit seines Fastens / und absonderlich in den ersten vier Wochen / noch ziemliche Kräfte gehabt / daben auch der Unterleib ganz platt eingefallen / wie ein exenterirter Körper gewesen. Nachdem nun oben erwehnter Gustavus von Bernhardt althie in Plön vom 24. Juliis bis 1. Sept. des jehlauffenden 1719. Jahres / seine 6. Wochen mit Fasten zu Ende gebracht und absolviret / so hater am 1. Septemb. des Nachmittags zwischen 6. und 7. Uhr nach vorher gethaner Danc sagung zu GOT / daß derselbe Ihm die Fasten Zeit über so großiglich erhalten / und ferner seine Göttliche Kraft ihm verleihen wolle / sich zum Essen präpariret / und dasselbe begierig gefodert / da er vorher der Frau Wirthin vor ihm eine Bier Suppe mit darunter geschlagenen Eiern und eingebrocktem Weiß Brodt oder Semmel zu machen / befohlen: Da ihm nun solche Suppe gebracht worden / hater aufänglich und zwar zu erst ein Spitz Glas voll Seck / nebst wenigen Oxiten / Safft / auch einige Lößel voll

JOACHIMO FRIEDERICO stationibus arcere populum , catervatim venientem ac visitationes uberrimas moderare. Quoad vires corporis per quatuor septimanias sic satis valuit , modo quod abdomen , ut solent ventres evisceratorum esse , in planam formam abierit. Absolutis jam diebus , quot jejunio destinaverat memoratus Gustavus <sup>a</sup> Bernhardt , incipiendo in die 24. Julii & continuando ad Calendas Septembris , ipsis hoc die horis pomeridianis , sextam horam inter & septimam , præmisita ad DEum gratiarum actione , quod sub tali jejunio fuerit servatus & precibus adjectis , ut porro sua benedictione ipsi adsit , avide desideravit cibos , hospitæ indicando : pararet iufculum ex cerevilia , pane similagineo & ovis conquaflatis : cui oblato præmisit vini canariensis tantum , quantum vini vitrum capit , pauxillum Roob Cydoniorum admiscendo item cochleare unum alterumve

QVADRAGESIMALIS.

voll süßer Milch / und auff diese  
endlich præter propter 5. bis 6.  
Löffel voll von der præpariten  
Bier-Suppe zu sich genommen.  
In dieser darauff folgenden  
Nacht hat er wegen der verrich-  
teten Mahlzeit gar keine Ruhe  
gehabt / und dabeys setz über  
große Quaal geklaget / die sich  
denn auch dermassen gemehret/  
dass er den 2. September des  
Morgens zwischen 7. und 8. Uhr  
seinen Geist aufzugeben müssen.  
Wobey noch zu mercken/ dass er  
deg obberührten Tranks mit  
Syrup und Wasser zur Aus-  
spülung des Mundes sich nicht  
länger als in den ersten Tagen  
nur bedient / hernachmahl's  
aber nicht mehr erdulden kön-  
nen / von allem abstrahiret / und  
sich also bis an sein Ende  
ohne Essen und Trin-  
ken beholf-  
fen.

rumve lactis, & tandem 5.  
vel 6. jusculi illius hausit.  
Sed nocte insequente male  
admodum se inde habuit, so-  
mnus exulavit, dolores ve-  
ro adeo exercuerunt, ut al-  
tero die Septembris horis  
matutinis septimam scilicet  
inter & octavam animam  
reddiderit. Adhuc notan-  
dum Bernhardum nostrum  
potione illa supra recensita  
ex Syrupo nempe & aqua  
non ad deglutiendum sed ad  
colluendum os primis jejuni-  
i diebus esse usum, nec  
vero potuisse illam subse-  
quentibus diebus tolerare,  
quin & illam abhorruerit,  
sicque absque omni cibo  
& potu per dies illos  
manserit.

QVÆSTIONIS PROBLEMATICÆ  
*An homo adultus cæteroquin sanus citra cibum & potum  
per quadraginta dies solis naturæ viribus vitam  
trahere possit?*

RESOLUTIO.

s. I.

**Q**uod si excurrere & qua pro negativa videntur facere  
argumenta afferre susciperemus, præter quod passim  
in vulgus nota sint, quam nobis proposuimus brevi-  
tatem transgredere, ut hinc statim in limine mo-  
B neamus

neamus, affirmativam nobis placere: posse scilicet hominem adul-  
tum, ceteroquin sanum, citra cibum & potum per 40. dies solis na-  
ture viribus vitam trahere: illam ve ergo a nobis esse argumentis  
fide dignis roborandam. Quia nostra assertio quo fiat clarior  
& cuivis legenti sit conceptu magis facilis, necessitas nutritio-  
nis, haud ceteroquin satis penitata, erit altius meditanda.

## §. II.

Nec vero aliam nutritionis corporis humani necessitatem  
concipere nobis possumus, ac quia fundata est in corporis hu-  
mani necessaria *mollitie* & quam haec itidem infert, debita *flexi-  
tate*. Ita enim voluit Conditoris primi voluntas, ut homo  
non plantarum instar rigido more in uno persisteret angulo  
terrae, sed five informationis de DEO, five oblectationis ergo  
sub seriis de rebus divinis meditationibus posset se de loco in  
locum conferre, objecta remota penitus rimari, ad horum di-  
versitatem sub mira varietate in unum collimantem i. e. sapi-  
entiam DEI monstrantem attendere, de his cum aliis sermo-  
nem miscere, iterumve ab his, quae sentiant, percipere, sique  
animo ex variationibus mille nunquam defatigando contendere  
ad intimorem complexum amoris divini. Tum quoque  
idem voluit Creator formando hominem & instruendo orga-  
nis generationis, ut nova individuorum sub generatione pro-  
ductione genus humanum ad finem usque mundi conser-  
etur. Quo jam hi sancti respectus obtinere possent, media  
fuere homini concedenda, quia circa omnem dubitationis ale-  
am sunt deposita in sensuum ac carnosarum partium ministe-  
rio. Neutrum autem ex his valet officio suo rite praesesse, nisi  
justa sit corpori & *mollitie* & *flexilitas*.

## §. III.

Vel statim jam allegatae mollitiei indeoles, si penitetur,  
in animum revocat, appositas quidem sibi esse fibras carno-  
fas, sed minime tam arcto vinculo, quin interluant humida,  
illasve lubricando servent *molles* ac *flexiles*, quia cum sint non  
mere aquæ, sed gelatinosæ plus minus, miscelæ, ex qua facil-  
lime consistunt, gerinnen gar leicht wie ein Galler / calore  
sunt fovenda, ut fluorem servent adeo necessarium: qui calor  
non

QVADRAGESIMALIS.

II

non tantum valet isthac humida vaporis sub forma in auras propellere, d<sup>a</sup>f<sup>s</sup> se verruchen / sed reapse fugam illis indicat, de qua transpirationis continua<sup>z</sup> actus, cui corpus humanum obnoxium est, per singula momenta testatum facit.

§. IV.

Ad restauranda jam humida gelatinosa actus ille vitalis contendit, quem nutritionem in adultis vocamus, & quem in adhucdum crescentibus accretionem jure vocari persuasi sumus; ut pateat diversitatis ratio, quare major assumendorum sit & desiderium & necessitas in crescentibus, in his enim solidarum extensio pluris illorum desiderat: ac quidem in jam-dum adultis in quibus minor illorum præsentia sufficit ad ob-litionem & mollitiem servandam.

§. V.

Nec vero tantum diversitas illa sese ratione ætatis sistit; quin *Temperamentum* unum præ alio nutritionem, quam in sensu supra allato semper acceptam volumus, variet; quando quo strictiores sibi fibræ accumbunt, quod fit in *melandolicis*, longe minor assumendorum sit necessitas, dum humidorum non tanta præsentia nec exhalationum tanta fuga, nec ergo resarcientorum humorum tantum desiderium; Idem foret in *Che-lericis*, nisi caloris, qui his est major gradus in auras facile dissiparet, qvæ intra fibras repunt, ut his sint citius restauranda, quæ avolarunt aut feceserunt. Econtra sub *Sangvineorum* molli textura quantusne est humorum liberalis æque ac copiosus fluxus! ast, quanta facilitas quoque, ut vel à blando & tem-perato calore, fugam tentent, quæ, intra fibras sub circulo attenuata, jamdum pronæ poris ut elabantur & aditum necessarium novis successuris parent: ut taceamus quam *Pbleg-matici* abundant liquidorum massa; sed cum nec his calor sit adeo offendiculo, quin diutius permaneant in corpore sub gref-su langvido, haud ergo tam promptam restorationem urgeant, haud ergo illi famem tam cito experiantur.

§. VI.

Ex caloris modo memorati discriminè patet itidem ratio discriminis quoad negotium nutritionis quod Clima infert;

B 2

quando

121 HISTORIA JEJUNII

quando , consentientibus omnibus , qui terras calidores inhabit humidis delectantur , balneisque frigidis arcent fugam vaporum copiose prorupentium : econtra in terris borealibus alimenta, maiorem muci profapiam quæ continent, fint proficia magis , balneisque calidis humorum minor ex spissitudine ad secedendum exclusio per frequenter, nec citra fugam morborum , excitetur.

§ VII.

Haud prætereundum est, quam vita genus laboriosum præsedentario inferat nutritionis majorem necessitatem , quando quidem sub illo suscitatus , qui corpori jamdum inest & Saturni instar filios ipse devorat , calor majori nisu ausuque magis constanti dissolvit fluida , dissoluta pellit & propulsa tandem expellit tanta violentia , ut lassitudo , quæ insequitur , fidus sit testis jaetura , quam fluida sint passa ; ast sub otioso eodem & tranquillus est humorum circulus & placida humorum secretio & blandus secretorum abitus & pacata ita omnia , ut si ex mollitie genii surrogentur nova alimenta prioribus nondum exclusis nutritio abeat in accretionem onerosam , hæc vero in copulentiam nimiam sive obesitatem.

§ VIII.

Quidni autem dixerimus de Consuetudinis & per longum statim tempus observatae diætae vi . & potestate in corpus humandum ? sive ad tempora alimenta assumendi attendamus , sive ad alimentorum assumendorum qualitatem . Disponit eadem de nutritionis necessitate . In iisdem certe regionibus ; alia rusticorum est alia civium vivendi ratio , alia nobilium , & in ipsis urbibus aliter infima plebs , aliter deniq; ditiore & primarii vivunt , suo autem vivendi modo sese omnes adseverant . Videas qui nullam præstitutam edendi horam observant , sed ventre monente , quod in promptu est , devorant : quam methodum cibandi , Americæ incolis solennem , non ita pridem celeberrimus quidam Scriptor nostratus voluit svaldere , quo ferarum instar , quæ suo ita appetui indulgerent , quod vult , saniores viverent morbisve magis immunes . Sed quibus politior elegantia non displicet , hi , statim horis acqüiben-

tes

tes, nonnisi illis svtis cibos valent citra tortima capere; sunt qui bis terve de die cibos sollicitant, aliis semel prandentibus, tunc quamvis sit vita genus, una etiam valetudo. Dantur, qui commode carnibus vescuntur ac nutriuntur conditaneis (Bedeſ. Fleiſch) alii piscibus se reficiunt & his aere fiscatis: non nulli juscultentis, item solo lacte corpus sustentant: quando è contrario his cibandi modis minus affueti, sub tali vietū omnino viribus deficiunt, vel tempore non parvo indigent, quo duro tali, quod ipsis videtur, cibandi generi collum ventricum submittant, recenti carnium apparatu piscibusve fluvialibus, hisce apito more paratis, quotidie, si liceret, nutriendi. Vix tamen gravius quoddam momentum pensitandum hic observat ac in quantitate nutrientium ciborum definiendum, devenit ac consuetudo sola quasi vult & videtur disponere, non modo ut corpus servetur viribus instructum, sed ut increscat quando sufficiat, non posse à priori determinari, sed attendendum esse ad instaurationem virium, quæ citra molestiam inde obtineat: adeo ut *Santtorius*, qua fuerit perspicacia in ponderandis alimentis, ne corpus prægravetur, confugerit in quantitate cibi determinanda ad agilitatem, si quando hæc eadem sit à cibis ac quando corpus jejunum; sed provocamus ad quotidiana & ubivis obvia exempla. Batavus, qui esculenta semel de die & quidem parce capit robore corporis satius instructus, male se habet, si præter consuetudinem bis de die cibis se satiet: contra Germano, qui famem ter quaterque indies pellit, si subtrahatur frequentia cibandi, periclitatur. Scyta, quam torofus & bellicosus est, spernit panem, qui cibus est reliquis gentibus, ex vi nutriendi, amicissimus: gaudet vero carne equina tantillum sub ephippio macerata, quam homines emuntur naris abhorrent. *Ruficium non lucrins juverint conchylia*, non *rhombus aut scari*, non *Astra avis*, non *artagen ionibus jucundior* videatur, quam lecta de pinguisimis oliva ramis arborum, ut herba lapathis prata amantis, aut gravi *Malva salubres* corpori ut verba Horatii L. Epod. nostra faciamus. Quia speciatim de potus generibus

HISTORIA JEJUNII

14

meribus quoque sunt intelligenda, ut cerevisia Germanum, non adeo Gallum, reficiat; Maslach Turcas, non item Helvetos oblectet; his potus frigidi sint magis refectioni, aliis vero calidi. Nec minor se se exerit confuetudinis activitas, quum naturam ipsam vincere, & hujus indolem inverttere cum tempore & die novit; ex quo est, quod quoad memorata exempla toto die observemus, quam dedicant in methodo pristinâ cibandi qui ex una regione in aliam tendunt: quam, qui bis terve ventriculum replere sverant, uno abhinc prandio sint contenti & contra, citra quod inde perlicitentur; ut ratio patet, non modo unde sint, qui animi ergo inediā biduum aut triduum facile ferant? aut superstitione inducti mira cibi abstinentia se affravant? sed qui civis Pistoriensis Leonartus, referente Cardano, sensim eo se traduxerit, ut semel tantum hebdomade cibum sumeret & juvenis quidam Scotus viginti dierum jejunium ferre sponte affuetus, longe diuturniore inediā postea in custodia pertulerit?

S. IX.

Non leve autem hic dubium surgit, qui obtineat, ut sub necessaria omnium hominum viventium nutritione, haud tam eadem materia nutrientis sit quantitas necessaria, non differimus in individuis aetate, indole, vita genere diversis (nam hujus discriminis ratio ex praecedentibus sponte fluit) sed nec quidem in individuis ejusdem aetatis, ejusdem indolis, idem vita genus exercentibus, eodem itidem corporis robore instruitis, ita ut homo, qui bis terve indies saturatur pra hoc qui semel de die modicam alimenti portionem capit, non magis nutritur ac hic, si tantillum mora intercesserit ut parum cibari affrascat, non minus jam nutritur ac olim sub longa comedatione? Non sufficit quippe provocasse ad confuetudinem, man sey es so gewohnet / man sey so erzogen; Confuetudo enim, ac quidem vulgus illam capit, asylum dixeris ignorantia ad quod doctis & natura peritis minime est configendum, aut fane in illo non persistendum. Quomodo enim poterit confuetudo allegari, qua corpori insit, quando quotidie nova alimenta ingeruntur? quin potius solvendum illud dubium ex peritia

peritia Naturæ, cui, quia interest corpus in mollitie sua & flexilitate permanere, cura quoque est quoad actum nutritionis relata. Et quo mentem nostram simili quodam reddamus clariorem, singe Oecono, fabricandi domos perito, incumbere & struere nova ædificia ad certum modulum, &, quæ jam structa sunt, sarta teatæ præstare. Huic si abundantia fuerit materialium, lapidum, lignorum, clavorum &c. haud tantæ curæ est, ut anxie despiciat & eligat, quodnam vel lignum, vel quis lapis vel qui clavus citra dispendium possit huc illicive apponi, aut intrudi? ast si curta ipsi supplex, quam est in dispendio admittendo sollicitus! quam versuram in ædificiis & flexum angulorum observat cui possit quodvis esse adæquatum! quam semel in usum versa, sub alia forma iterum apponere novit! Quam jam sit illa circumstantiarum diversitas, in domo, vel modo fabricata, vel, si olim fabricata fuerit, conservanda nec aliud appetet modulus, nec alia forma, nec aucta struæta, ut qui illam intueatur discrimen memoratum observare haud valeat. Hoc jam volumus. Naturam velle alimenta ut fiat nutritio: sed pro horum modulo se illam gerere, ut si multum suggerant chyli illa citra anxiæ selectum accipiat & detineat, quo sibi usui sint, reliquis per organa co-latoria elabentibus: Sin parum suggerant, illa anxiæ magis illa vertat in succum & sanguinem, nec tam liberalis sit in per-mittendo ut elabantur per organa excretoria. Evidem si calculum ponamus, quantum generatim servet ex alimentis sibi allatis, non à vero aberrabimus, affirmando centesimam circiter particulam sibi cedere, reliquis sub varia forma nunc per intestina, nunc per vesicam, nunc per cutem, nunc per pulmones abitum obtinentibus, ut hic in proprio sensu valeat, quod dicitur, Naturam paucis esse contentam; multo ta-men tenacior in servandis allatis hisve multis modis in usum convertendis, quando homo parce vicitat.

## §. X.

Non parum porro Subsidii est, quod quoad negotium nutritionis absolendum maximum in Naturæ solatium cedit circuitus humorum secretorum. Comparaverimus illud cum occluse

occluso armario, ubi conduntur asservanturque utensilia in casum necessitatis, si aliunde nequeant, vel plane non vel non tam prompte, afferri. Venit vero illa appellatione hic naturæ actus, quo hinc inde in corporis interraneis à confortio reliquorum humorum jam separata liqvida à Natura repetuntur, & sanguini denuo immiscetur, ut sibi sint usui. De ordinariis commodis, quæ inde corpus obtinet, quæ inter æqualis habitus corporis conservatio citra memorabilem collapsum musculorum & vasorum, ut nihil afferamus, exposuimus qvippe illa in speciali dissertatione de Circulatione humorum secretorum hic anno 1720. habita: Hic circulus non leve, quamvis ultimum, refugium Naturæ est sub defectu alimentorum, ut revocet tempore famis quæ secesserant. De pinguedine res notissima est, (& vel in brutis præpinguisibus diu observata, quæ per hyemem nutrimento novo extus adveniente destituta illa colliquefacit & in succum nutritum facientes, sustentantur) quam calleat sub defectu svertæ nutritionis repete eandem, primum ex his locis, in quibus minorem usum præstat, abhinc ex aliis quoque, ut sensim sensimve citra aliam occasionalem causam corpus maciem incurrat & cutis collapsum. De reliquis humoribus circulantibus, quales sunt *Lympha*, *Saliva*, *Bilis hepatica*, *Succus pancreaticus*, *lympba intestinalis*, *semen*, *secretiones balituose viscerum* &c. cum singulatum l. c. egerimus, a-

## S. XI.

Est jam ut quis Lector ex his, quæ præmissa sunt, sponte intelligat affirmativæ nostræ fundamentum, quod in hoc repositum est: generatim, quemvis hominem posse tamdiu sine cibo & potu vitam trahere, quandiu suppetunt, quæ ad necessariam molliitatem & flexibilitatem servandam requiruntur: quia tamdiu finis primarius cuius ergo homo in his terris vivit, obtainere valet; speciatim vero bunc hominem præ illo diu magis sine cibo & potu vitam posse trahere, quia in hoc homine præ alio suppetunt, quæ ad necessariam molliitatem & flexibilitatem servandam requiruntur. Est ergo quod adultus præ infante, puer & juvne, longius famem toleret; sexus femininus præ masculino; parciori diazœ assever-

tus præ vitam lautam agentibus , melancholicus præ phlegmatico , cholericus , sanguineo ; phlegmaticus præ cholericu ; cholericus præ sanguineo ; clima frigidum inhabitans , præ hoc quem Sirius urit ; otiosus præ laborioso .

## §. XII.

Quod si jam *specialissime* queratur , *An homo per quadragesima dies jejunium citra quod supereret naturæ vires valeat tolerare ?* citra respectum ad circumstantias modo memoratas , non poterit affirmative responderi , quandoquidem tractus hic temporis facile consumit , quæ molitiae & flexilitati corporis sint adminicula ; quod si vero illæ aut omnes aut plurimam partem concurrant , nulli dubitamus , affirmativa subscribere , quia ita suppetunt requisita liquida ad molitiem & flexilitatem conservandam . Fac enim adultum esse illum de quo queritur , supra attulimus non requiri tantam copiam liquidorum ac olim ; fac simul esse melancholicæ indolis , magno studio servantur , quæ semel in corpore adfunt ; fac porro esse parciori diæta aſſuetum , jamdum natura novit parfimoniam in excludendis humoribus ; fac vitæ esse otiosæ , desunt , quæ valerent dispergere liquida , agitations corporis , qui ergo adest humorum secretorum circulus semper suggesterit affundenda in molitiem & flexilitatem liquida ; ut corpus talis hominis comparaveris cum Pelicano vase circulatorio chymicis dicto , quod retortum & curvatum os rursum in ventrem immittit , ut qui includitur humor calore subitus admoto descendere , descendere hoc que millies repetere possit , nec tamen libere elabi queat .

## §. XIII.

Perquam eleganter assertionem nostram roborat , quam præmisimus Historia jejunii quadragesimalis , Generosi Viri de BERNHARDT : in quo singulari Exemplo omnes circumstantiaz concurrunt & requisita hinc omnia , de quibus affatim retulimus , quod faciant ad jejunia diuturna ferenda . Qvamvis e-  
ius annorum specialis non fiat mentio , colligere tamen est , fu-

C

ffe

18 HISTORIA JEJUNII QVADRAGESIMALIS.

issem hunc virum nec infantem nec puerum nec juvenem sed adultum & quod ex fide hominum novimus, cui fuit notissimus, consistentis aetatis annorum quinquaginta & quod excurrit. Fuit temperamenti, quod vocant, melancholici, de quo omnes actiones loqvuntur, quod effigies historiae allatae in relationibus Vratislaviensis exprimit, sed vel maxime in his oris testantur, qui illum norunt; vitam non laboriosam sed sedentariam egit non modo per temporis jejunii sed jam in his terris, ad quam forte carceres Symbolam contulere, quibus fuit per annos aliquot detenus; parco cibandi modo se anteja jam tradidit, meditationibus magis animum quam cibis corpus reficiens; sub ipso jejunio sensim abdomen concidit, intestinis liquidis subtractis, quo essent in aliis locis magis usui &c.

S. XIV.

Non est ergo ut a nobis quispiam epicrisin exspectet, an ad miracula jejunium Bernhardinum, an minus, spectet? Concurrent variae circumstantiae a Theologis magis quam nobis examinandae ut εωέχειν eligere tuto liceat. Ne vero plane asymboli recedamus censemus jejunium Bernhardinum ad mirabilia naturae esse referendum.



Rostock, Diss., 1715-23

ULB Halle  
005 016 037

3



TA → OL

nr 1+3 Stück verhängt





37.  
15  
QVÆSTIO PROBLEMATICA:  
*An homo adultus ceteroquin sanus citra cibum  
& potum per quadraginta dies & quadraginta noctes solius  
naturæ viribus vitam trahere possit?*

OCCASIONE  
**EJUNII QVADRA-  
GESIMALIS,**  
*Generosi Viri de BERNHARDT,*

QVAM  
**SUB PRÆSIDIO**  
DECANI FACULTATIS MEDICÆ SPECTABILIS,  
VIRI EXCELLENTISSIMI AC EXPERIENTISSIMI  
**DN. GEORGII DETHAR-  
DINGI,**  
ED. DOCT. & PROF. PUBL. DUCAL. PRIM. & ORDIN.  
ACULTATIS MEDICÆ, COLLEGII DUCALIS AC TOTIUS  
ACADEMIÆ SENIORIS MERITISSIMI, ACADEMIÆ NA-  
TURÆ CURIOSORUM COLLEGÆ  
CELEBERRIMI,

Patroni & Preceptoris sui filiali amore ad urnas devenerandi,  
IN ALMA ROSTOCHIENSI,  
Publico Eruditorum Examini subjicit

AUTOR - RESPONDENS,  
**AUGUSTINUS PUCHNER,**

Wollino - Pomeranus, Medicinæ Studiosus.

Ad Diem 23. Julii Anno MDCCXXI.

IN ORDINE CIRCULARI

hor. loc. solit.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROI, Ampliss. Senat. Typogr.